

ad proinde clarè sentit idem de utroque. Eiusdem sententiæ videtur Nauar. Philarcus, Emmanuel Sa. citati. n. 10. qui absolute docent, in Baptismo priuatum collato contrahi cognationem.

14. At probabilis est, eam non contrahi à susceptore. Quia cum adhibere susceptore, sit cæremonia ab Ecclesia instituta pro Baptismo solemnè, ubi hic non est, non dicitur propriè, & verè susceptor, qui tenet: imò valde contingens est, vt puer tunc ab aliquo teneatur: in vltis enim matris, aut in incunabilis positus solet baptizari: quod ab aliquo teneatur, est per accidens maioris commoditatis gratia. Quare vt bene ait Suarez statim allegandus, nil peccaretur omissio patrino in eo Baptismo. Secundo, constat ex communi modo loquendi, vulgique opinione: à quibus argumentum peritum efficax est: (vt latè probat Euardus in suis topis, loco ab opinione Vulgi, ou. 1. Nam tenentes infantem in prædicto casu nec compadres, nec patrini appellantur, nec tales solent existimari: sed illi soli, qui in Baptismo solemnè id munus obseant. Et idem in hanc sententiam inclinat Sotus. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. columna penultima, vers. prolecto rationes. Et eam tenet Gallego de cognat. spirit. c. 11. n. 5. Suarez

3. p. q. 67. art. 8. dubio vltimo. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 22. 6. n. 2. conclus. 2. Vega. 1. tomo summe. c. 33. casu vltimo, ad finem.

15. Ad dicit Suarez n. præcedenti allegatus, quòvis in Baptismo priuato cæremonia susceptoris necessaria nõ sit, at si verè, & propriè adhibeatur, & tenens velit manus susceptoris obire, esse probabile eum contrahere. Quia ille est tunc verè susceptor. Sed ego verius existimo, etiam tunc minime contrahere. Quod non sit in potestate tenentis situm, hanc cognationem contrahere, nisi perita ab Ecclesia seruenter mutus susceptoris non obitur propriè, nisi quando Baptismus est solemnè: (vt docet Sotus, Gallegus, Manuel, Vega, & ipsemet Suarez. n. præcedenti allegati.) nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere. Quia baptizans confert verè sacramentum: at qui sic tenet, vel suscipit, non dicitur propriè tenere, vel suscipere, eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceptio enim est cæremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismum solemnem: ac proinde solennitate deficiet, deficit quoque vera susceptoris ratio.

16. Ad primum argumentum. n. 13. propositum constat ex dictis. n. 14. Ad secundum constat ex dictis. n. præcedenti.

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS LEGALIS.

DISPUTATIO SEXAGESIMATERTIA.

Quid, & quotuplex sit adoptio: & quando cognatio legalis ex illa cõfurgens obstat matrimonio, illudque dirimat?

SUMMARIVM.

1. Notatur definitio adoptionis. n. 1.
2. Quotuplex sit adoptio: & quid differat inter perfectam, & imperfectam. n. 2.
3. Quis possit adoptare. n. 3. & ibi, quis possit adoptari.
4. Quot modis soluitur adoptio. n. 4.
5. Explicatur definitio cognationis legalis. n. 5.
6. Quotuplex sit cognatio legalis. n. 6.
7. Quot sint quæstiones disputandæ. n. 7.
8. An ex adoptione imperfecta oriatur cognatio legalis, qua matrimonium impediatur, aut dirimatur? Responsetur quædam sententia. n. 8.
9. Non oritur impedimentum dirimens. n. 9.

Neque impediens. n. 10.

Satisfit argumentis. n. 11.

Post. n. 11. inuenies alia summaria.

1. **D**isputatio de impedimento cognationis legalis breuiter præmittere oportet, quid, & quotuplex sit adoptio, & quis adoptare possit. Est enim cognatio legalis effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula. Definitur ergo adoptio cõmuniter à Iuris peritis sic. Est actus legitimus, per quem fit filius, aut nepos, qui non est, penè naturam imitans. Sed à

D. Thoma

D. Thoma. 4. d. 42. q. 2. art. 1. & cõmuniter à Theologis sic definitur. Est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. Vtraque autè definitio in idem coincidit. Dicitur extraneæ personæ, id est, eius quæ nõ est in adoptatis potestate, siue sit consanguinea, siue non. Dicitur, in filium, vel nepotem, vel deinceps: sub quibus comprehenduntur femina, vt filia, neptis. Quia non potest quisquam adoptari in fratrem, vel parentem. I. nec apud. C. de hered. institut. Dicitur, legitima, id est, secundum legum formam. Cum enim ab ipis instituta sit, vt valeat, & effectum cognationis producat, debet in ea seruari forma legibus præscripta. (Vt n. 18. dicemus.) Dicitur assumptio, id est, electio. Cum enim tanta homini propensio inlita sit ad suam successiõnem in posterum propagandam, futurè introductum, vt naturalibus liberis orbat possint sibi successiõni consulere, adoptantes alios in liberos. Ars enim naturam imitatur, ac illius defectum supplet. Vnde adoptio est quædam legalis, seu artificialis generatio.

2. Est autem duplex adoptio. Quæ hæc est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, & illi succedit: hæc dicitur arrogatio. Altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in adoptantis potestatem: & hæc dicitur simplex adoptio. Hæc distinctio ab omnibus traditur: & habetur. §. adoptio, instit. de adopt. & l. 7. tit. 7. p. 4. Differunt autem quincupliler. Primo, quia per simplicem adoptionem adoptatus nõ transit in adoptantis potestatem: nec est eius hæres necessarius ex testamento: bene tamen ab intestato. At per arrogationem transit in potestatem arrogantis, instar filij naturalis: & est eius hæres necessarius ab intestato: ex testamento autem in quarta bonorum parte. Instit. de adoption. §. sed hodie. Secundo differunt, quia adoptari potest, qui non est sui iuris, vt filius sub patris potestate constitutus: at arrogari nequit, nisi qui sui iuris est, nõ penè, emancipatus, & liber homo: Quia eum per arrogationem tradatur quisquam in arrogantis potestatem, oportet eum esse sui iuris, vt tradere se valeat. l. 2. §. vltimo. ff. de adoptione. Tertio differunt, quia adoptio fit cuiuscumque iudicis competentis auctoritate, dum tamen apud eum plena sit actio, id est, meum, & mixtum imperium. Arrogatio verò fit sola Principis auctoritate. l. 1. C. de adoptio. & instituta eodè tit. in prin-

cip. & l. regia. 7. tit. 7. p. 4. Quarto, quia arrogator teneatur satisficere de restituendis bonis arrogati illis personis, ad quas essent peruentura, si arrogatus in suo statu mansisset. l. nec ei. §. finali. ff. de adopt. Vltimo, quia in adoptione non requiritur verbum vtriusque expressum: at in arrogatione exigitur verbum vtriusque. Desideratur enim, vt Rex interroget arrogantem, Vis habere hunc in filium, nepotem, vel pronepotem? & arrogans respondeat, Volo: rursus, vt interroget arrogatum, Vis habere hunc in patrem, auum, vel proauum? & ipse respondeat, Volo: & deinde Princeps exprimat sibi placere. Vnde infans adoptari potest, non vero arrogari. Habetur hæc differentia. in adoptionibus. l. 2. ff. de adoptione. l. regia. 7. tit. 7. p. 4.

3. Multæ conditiones desiderantur, vt alicui integrum sit alium adoptare. Prima, vt adoptans sit sui iuris, & maior viginti quinque annis. Ratio est, quia si non sit sui iuris, & maior vigintiquinque annis, bona sua administrare nequit. Secunda est, vt sit vir. Nam femina adoptare nequeunt, nisi ex priuilegio Principis: Cum nec filios carnales habeant in potestate. Tertia, vt possit generare, vel si non possit, id non sit ex defectu naturali, sed ex casu accidentario. Quare frigidi adoptare non possunt: eò quod sunt naturaliter impotentes. l. 2. §. ff. de adopt. Et ratio est, quia adoptio instituta est ad suppleendum liberorum defectum: & ideo illis solis conceditur, qui naturaliter generare possunt. At gladio castrati adoptare possunt. Quia sunt impotentes ex accidenti. Quarto, vt ita excedat ætate adoptatum, vt possit esse eius pater naturalis: immò decem & octo annis debet eum excedere. Arrogare verò nequit, qui quadraginta annos nõ nactus est. Hæc omnia habentur instituta de adopt. Et tradit latè Syll. verb. adoptio. q. 5. Hinc fit, Sacerdotem posse adoptare. Quia naturaliter non est impotens ad generationem. Sic Hostiensis. c. vnico. n. 4. de cognat. legal. & ibi Abb. nu. 4. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 2. Syll. verb. adoptio, q. 5. & ibi Armilla. n. 9. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 6. q. n. 2. ff. ne. Potest autem adoptari quilibet, siue masculus, siue femina, dummodò sit præfens. Quippe absens nec adoptare, nec adoptari potest, etiam per procuratorem. l. neque. & l. post mortè. §. neque. ff. de adoptio. Latè Angelus verb. adoptio. nu. 4. Syll.

Sylu. ibi. quæst. 2. & quæst. 6. & omnes.

4 Sex autē modis soluitur adoptio: nēpe, naturali morte adoptantis: morte eius ciuilibus nuptias incestuosas: ob dignitatē, vt Episcopalem: per sententiam: per mancipationem. Quos latius tradunt Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. Armilla verb. adoptio. n. 10.

5 His præmissis de adoptione, cognatio legalis sic communiter definitur. Est propinquitas ex adoptione proueniens. Dicitur, propinquitas, vt ostendatur conuenientia, quam habet cum cognatione carnali. Dicitur, ex adoptione proueniens, vt eius causa significetur, ac differentia à cognatione carnali.

6 Est verò triplex cognationis legalis species. Prima est linea recta inter adoptantē & adoptatū, ac adoptati descendentes. Hęc habetur instituta de nuptijs. §. ergo non omnes, & l. quin etiam. §. ff. de ritu nuptiarum, & l. regia. 7. tit. 7. p. 4. Secunda est lateralis, seu in linea transversa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. Habetur in l. de nupt. §. inter eas, & l. per adoptionem. 17. ff. de ritu nuptiar. & d. l. regia. 7. & in iure canonico. c. vnico, de cognat. legali. Et. c. per adoptionem, quod est ex Palchali Porsice. 3. q. 3. Tertia est per modum cuiusdam legalis affinitatis, ad similitudinem affinitatis naturalis, quæ est inter adoptatē, & vxorem adoptati. Et est cōtra inter adoptatū, & vxorē adoptatis. Habetur. l. adoptiuis. 14. ff. de ritu nuptiarū. & l. regia. 8. tit. 7. p. 4. Et traditur hęc distinctio à D. Tho. 4. d. 42. q. 2. ar. 3. corp. quem omnes sequuntur.

7 Triplex igitur in hac disputatione est agiranda questio. Prima, an ex adoptione imperfecta oritur hęc cognatio legalis obstat matrimonio? Secundò, an omnes tres cognationis legalis species impediāt, ac dirimant matrimonium? Tertia, an triplex illa legalis cognationis species perpetuò obstat matrimonio contrahendo: & ad quas personas, & vsque ad quotum gradū extendatur?

8 Quæstio prima: An ex adoptione imperfecta oritur hęc cognatio legalis, matrimonium impediens, ac dirimens: an potius ex sola perfecta, quæ arrogatio dicitur? Duplex est sententia. Prior, & satis probabilis affirmat, etiam ex adoptione imperfecta oriri cognationem legalē subsequens matrimonium dirimentem. Dicitur, quia omnes textus, quos n. 6. retuli, in quibus hęc cognatio legalis statuitur, de

adoptione in distincte loquuntur. Secundò, quia licet sic imperfecte adoptatus nō transeat in adoptantis potestatem: acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ per emancipationem dissoluitur. l. penultima. §. penultimo, de adoptione. Et ideo hanc sententiam sustinent ex Iurisperitis, glossa. c. vnico, ad finem, de cognat. legali. Et ibi Hostien. sine, Abbas. n. 5. Anchar. n. 8. Damafus, Laurentius, Tancredus, Philippus, Vincentius, quos refert, & sequitur Alexander de Neuo. c. vnico, n. 11. Prepositus ibi. n. 7. Henricus ad finē. Speculator tit. de cognat. legali. §. vnico, n. 1. Goffredus summa, eodem tit. ad finē. Albericus in suo dictionario, l. itera. l. verbo, impedimento. 7. Astenus. 2. p. summa, lib. 8. tit. 19. ar. 2. q. 8. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 8. q. 10. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento cognationis legalis. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimēt. to. 8. nu. 4. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 4. Et ibi Tabiena impedimento. 6. q. 1. n. 2. Lex. 7. tit. 7. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. que proficiant. Covar. 4. decret. 2. p. c. §. 5. n. 2. Antonius Cucus lib. 5. institutum maiorum, tit. 14. n. 28. Gaeta repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 155. n. 404. Vgolinus de sacram. vbi de matrimonio. c. 19. n. 3. Ea ex Theologis, Scotus. 4. d. 42. q. vnica, paulo post principū. Et ibi Ricard. art. 2. q. 2. ad. 2. Palud. q. 1. ar. 2. concl. 7. n. 25. Bosfolis. q. vnica, ar. 4. Nicolaus de Orbellis. q. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 13. Nicolaus de Nijssā super. 4. sententiarum, tractatu. 6. p. 3. de matrim. q. 8. notabili. §. Petrus de Soto lectione. 11. de matrimonio. §. de cognatione legali. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. finali, ar. 2. conclus. 2. Toledo lib. 7. summa. c. 4. n. 7. Ludouicus Lopez. 2. p. instrua. vbi de matrim. c. §. 1. ad finem.

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo,) asserit cognationē hanc legalem, quæ matrimonium dirimit, ex sola adoptione perfecta, quæ arrogatio est, ortum habere. Dicitur, quia (vt dicemus, n. 16.) cognatio hęc introducta est à iure positivo, ad impediendam fornicationē, quæ facile esse potest inter personas in eadem domo commorantes. Sed per adoptionem imperfectam non traducitur adoptatus in domū, nec in adoptantis potestatem. Ergo ea non obstat matrimonio. Secundò, quia cum matrimonium sit res valde favorabi-

lis, iura illud prohibentia potius debent restringi, vel saltem coardari ad propriam, & perfectam verborum significationem: ac simplex adoptio cum sit imperfecta, nō dicitur absolute talis, immò iuxta Diuum Thomam. 4. d. 42. art. 1. ad. 1. est potius dicenda dispositio quædam ad perfectam adoptionem. Tertiò, quia opposita sententia, quauis communissima, inuitur leuissimis fundamentis: vt ex eorum solutione constabit num. 11. Et ita hanc sententiam posse teneri, ait glossa. 30. q. 1. in summa, ad finem. Et illam tuentur Innoc. c. vnico. nu. vnico, de cognat. legali. Syluester. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto. 4. Sotus. 4. d. 42. q. 2. art. 2. ad finem corporis. licet sub aliquo dubio, dicit enim fortasse sic esse. Ledesma. 2. p. 4. q. 59. art. 3. sine. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 12. nu. 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 57. art. 2. concl. 2. Eiusdem sententię videatur Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 9. vbi tractans, quādo contrahatur cognatio legalis, ait eam contrahi inter patrem perfectæ adoptione adoptantem, & filium adoptatum. Nec longè sunt ab hac sententia Anton. c. vnico, num. 5. de cognat. legali, & Supplementum summa Pisanæ verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 3. nam vtraq; sententię relata, neutram definiunt: & addit Supplementum non esse sententiam præcipiendam.

10 Afferunt tamen aliqui ex his Doctores oriri ex ea adoptione imperfecta impedimentum impediens, non tamen dirimens sequentem matrimonij cōtractum. Quia adoptio illa imperfecta est via, & dispositio ad perfectam, sicut Catechismus ad Baptisimum. Sicut ergo per Baptisimum Catechismus contrahitur quædam cognatio spiritualis imperfecta, quæ solū impedit matrimonium. c. per Catechismū, de cognat. spiritali. 6. ita per adoptionem imperfectam contrahetur cognatio legalis imperfecta, quæ solū impedit subsequens matrimonium. Ita docent Enriquez, & Petrus de Ledesma ibidem. At hoc displicet: & ideo existimo nullum subesse impedimentum: sed posse licite contrahi matrimonium, vbi sola est imperfecta adoptio. Vt docent Innocent. & Sylu. num. præcedenti allegati. Quia in Catechismo est expressus textus id decidens, non autem in adoptione imperfecta: nec potest ex rationis similitudine

induci impedimentum matrimonij. Alias dicendum esset, ex solo exorcismo oriri, eò quòd sit ab Baptisimo dispositio. Ad argumenta num. 8. proposita responderetur. Ad primum dic, quauis textus non distinguant, at rationes nu. 9. adductę cogunt ea distinctione vti. Ad secundum dic, ea iura, quæ per adoptionem imperfectam acquiruntur, non esse causam adoptionis matrimonij, & ita nil conferre.

SYMMARIVM.

Prima cognationis legalis species in linea recta dirimit matrimonium. n. 12. Quid de affinitate legalis. n. 13. Quid de cognatione legali linea transversa. Refertur quædam sententia. n. 14. Proponitur sententia Authoris. n. 15. Traduntur rationes prohibitionis matrimonij ob cognationem legalem. nu. 16. Explicatur qualiter hoc impedimētum vim habeat, cum legibus inducatur. nu. 17. An sit necesse seruare formam legalem in adoptione, vt cognatio oriatur. n. 18. An cognatio legalis superueniens matrimonio impediāt debitum peccati. 19. An superueniens sponsalibus ea dirimat. n. 20. Hoc impedimentum est solo iure humano inductum. n. 21. Infideles cum eo consrahentes an post Baptisimum sint separandi. n. 22. Soluuntur argumenta. n. 23. Post. nu. 23. inuenies summaria, qua desiderantur.

VESTIO secunda. An omnes tres legalis cognationis species impediāt, ac dirimāt matrimonium? Et quid de prima specie ascendenti in linea recta nullus dubitat, quin subsequens matrimonium dirimat, nēpe, inter arrogantē, & personas arrogatas, ob textus quos. nu. 6. allegauit. Et in hoc conueniunt omnes Doctores.

De tertia specie, nimirū de affinitate legali, non nihil est dubitatum. Quidam enim, quos tacito nomine refert Hostienis c. vnico. n. 3. de cognat. legali, affirmarūt, eam non obstat matrimonio contrahendo. Quòd ius canonicum, à quo solo postulat matrimonij impedimētā promanare, eius cognationis non meminerit. Sed iure optimo hanc sententiam reprobat Host. ibi, Ioan. And. eo. c. vnico. n. 5. Anton. n. 6. Anchar. nu. 5. Alexander de Neuo, n. 9.

Et ceteri omnes Doctores quotquot potui videre, tanquam rem exploratam statuunt, eam cognitionem dirimere. Et ad fundamentum contrarium dicam. n. 17.

14 Potissimum verò difficultas est de tertia specie cognationis legalis, nimirum, in linea transfusa, an ea dirimat matrimonium? Quidam enim negant eam dirimere, sed solum impedire cōcedunt. Quod frustra esset separatio inter eos fratres, naturalem, scilicet, filium patris adoptantis, & filium adoptivum. Cūm statim possint matrimonio copulari, soluta adoptione per emancipationē, vel alio modo. (Vt dicemus. nu. 24. Secundo, quia. c. ita diligere. 30. q. 3. quod est ex Nicolao Pontifice, dicitur leges civiles nō permittere inter huiusmodi cognatos matrimonium: quasi aliud sit fecundum canones. Argumento ex. c. nōne, de præsump. Ita docet Speculator tit. de cognat. legali. §. vnico. n. 12. Et videtur eiusdem sententiæ ibi Ioan. Andr. in addit. Idē tenent Prepositi. c. vnico, in fine, de cognat. legali. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 156. n. 405.

15 At dicendum est, per huiusmodi cognitionem dirimi subsequens matrimonium. Quia cap. vnico, de cognat. legali dicitur, nuptias consistere nō posse inter filium legitimum, & fororem adoptiuā: at verbū, nō posse consistere, sonat esse dissoludas, vel non posse permanere. Adde verbū, potest, prapōsita negatione tollere potentiam, & reddere actum nullum. (vt probauit libr. 6. disp. 3. §. n. 10.) Et idē huius sententiæ sunt ex Iurispræticis, glossa. 30. q. 3. in summa, verb. quod autē. c. vnico, de cognat. legali, in fine. Innoc. ibi. n. vnico. Anton. nu. 6. Abb. n. 6. Anchar. n. 7. Cardin. n. 2. vers. quero an hoc impedimētū, Alex. de Neuo n. 12. Henric. nu. 6. Goffred. summa tit. de cognat. lega. in fine. Host. summa, eodē tit. n. 11. Albericus in suo dictionario, litera. I. verb. impedimentum. 7. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 8. q. 8. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de cognat. legali. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 19. art. 2. q. 11. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 7. & ibi Supplementum summe Pisanæ impedimēto. 7. n. 4. Tabiena ibi, impedimento. 6. n. 1. Angelus matrimonium. 3. impedimēto. 8. n. 2. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto. 1. & 7. Armilla verb. matrimonium. n. 16. Lex. 8. tit. 7. p. 4. Et ibi Gregor. Lopez, verb. mas desfaze, Nauar. summa. c. 22. n. 44. Couar.

4. decret. 2. p. c. 6. §. 5. n. 2. & 3. Antonius Cucus libr. 5. institutionum maiorum, tit. 14. num. 28. Alexander Carrieris libr. 2. de sponfalib. c. 10. fine. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 1. tit. de triplici cognat. vbi de legali. §. legalis cognatio, vers. donec. Zauallos in suis quest. practicis, tota quest. 7. 28. & q. 250. fine. Et ex Theologis, Durandus. 4. d. 42. q. 2. n. 7. & ibi Paludan. q. 1. ar. 2. concl. 6. in fine, num. 24. & concl. 7. n. 29. Bassolis. q. vnica, ar. 4. Nicolaus de Orbellis ibi. q. 2. Sotus ibi. q. 2. artic. 2. columna. 3. vers. vnica hinc. Supplementum Gabrielis. q. 1. ar. 2. concl. 6. Catean. summa, verb. matrimonium. c. 1. impedimento. 4. Petrus de Soto lect. 11. de matrim. §. de cognatione legali. Ledesma. 2. p. 4. q. 59. ar. 3. ad finem. Vigner. lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 9. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 6. conclusio. 3. fine. Angles floribus. 1. p. vbi de matrimon. q. finali, art. 2. concl. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 13. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento cognationis, columna. 2. Toledo lib. 7. summa. c. 4. n. 7. & 8. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 12. num. 3. ad finē. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 6. vers. cognatio legalis. Petrus de Ledesma de matrim. q. 57. artic. 2. dubio. 1. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 47. concl. 3. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 227. n. 1. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo. 1. p. 2. libr. 1. cap. 11. fine. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 51. ad finem. Vega. 1. tomo summa. c. 10. casu. 1. Vualdus Candelabro sacrament. 1. p. vbi de matrim. nu. 175. 178. Casado summa sacra. vbi de matrim. c. 6. vbi de cognat. legali. n. 10.

16 Conuenientissimè autē statutum est, vt cognatio legalis dirimat subsequens matrimonium. Quia ex ea oritur quædam cūm dicitur similis naturalis: ex qua oritur quædam reuerentiā debita inter sic cognatos, & amicitia. Vt ergo ea reuerentiā seruetur, & dilatetur amplius amicitia matrimonium cū extraneis inito, cautum est, vt inter sic cognatos nequeat matrimonium consistere. Adde cū D. Thoma. 4. d. 42. q. 2. artic. 2. corpore, id quoque effectum esse, quia sic cognati debent habitare in eadem domo: oritur autē maximū fornicandi periculū, matrimonio nō interdicto inter eos. Que sunt rationes, ob quas disp. 53. nu. 3. diximus iure

Ecclesiastico matrimonium inter confanguinitate coniunctos.

17 Sed merito dubitabis, qualiter hoc impedimētū vim habeat, cū solis legibus civilibus inducitur sit: quas carere potestate statuendi impedimenta matrimonij inter fideles, diximus disput. 3. n. 42. Dicit impedimentum vim habere: eō quod leges id impedimentum statuentes sunt iure canonico approbata. Vt constat ex. c. ita diligere. 30. q. 3. quod est ex Nicolao Pōtifice ad consulta Vulgarorum, ibi. *Quidquid nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonij contrahi permittunt.* Vbi approbatur prima species cognationis legalis in linea ascēditium. & c. vnico, de cognat. legali, & c. per adoptionem. 30. q. 3. Quod est ex Paschali Pontifice, approbatur impedimētū cognationis legalis in secūda specie, nēpe, in linea transfusa. Quāvis autē tertia species affinitatis legalis non reperitur expressè approbata in iure canonico. At cū rubrica iuris canonici sit generalis, nimirum, de cognatione legali: & sit eadem ratio de hac specie, dicendum est ceteri subinde approbata illam, sicut & reliquas. Adde consuetudine Ecclesiastica omnes tres illas species receptas esse, Pontificibus id sciētibus. Et idē ex hoc id impedimētū vim habere, quod ab Ecclesiastico iure approbatum sit, tradunt D. Thom. 4. d. 42. q. 2. ar. 2. corpore. & ad. 4. Et ibi D. Bonau. art. 2. q. 2. Paludan. q. 1. ar. 2. conclus. 7. n. 25. Abb. rubrica de cognat. legali. n. vnico. Alex. de Neuo. c. vnico. n. 10. eodem tit. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 19. ar. 2. q. 5. Brunellus de sponfal. conclus. 27. nu. 1. Turrec. cita diligere, art. 6. nu. 17. 30. q. 3. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto. 1. Tabiena verb. impedimentum, impedimēto. 6. n. 1. Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. conclusio. 6. Sotus ibi. q. 2. ar. 1. columna. 2. vers. de adoptione. & ar. 2. fine. Quandus ibi. q. vnica, propositione. 1. r. fine. Gregor. Lopez. 1. 7. verb. porque, tit. 7. p. 4. Gallego de cognat. spir. c. 3. nu. 56. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione, vbi de legali. §. legalis cognatio, verb. proueniens.

18 Quod verò cognatio hæc obflans matrimonio oriat ex adoptione, oportet in adoptione faciendā seruari formam legitimi præscriptā, quam nu. 2. declarauimus: ea enim non seruata, sed priuatim corā vicinis, aut alijs honestis personis, non in-

teruenienti magistratu, corrueret a fatus: ac proinde nullum matrimonium impedimentum produceret. Quia cū forma debet esse rei. c. tua de sponfal. c. quia propter, de electi. deficienti forma deficit actus. Sic Hofienf. c. vnico. n. 1. de cognat. legal. & ibi Ioann. Andr. n. 1. Abbas. n. 3. Anchar. n. 3. Alex. de Neuo. n. 6. Cardin. fine. Præpos. n. 2. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 8. q. 4. Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. concl. 6. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 1. Angelus verb. adoptio. n. 3. & ibi Sylu. q. 8. Armilla. nu. 9. Greg. Lopez. 1. 7. verb. carta, tit. 7. p. 4.

19 Quando hæc cognatio legalis superuenit matrimonio iam contracto, posset aliquid existimare eam impedire debiti petitionem, respectu coniugis, qui eā contraxit. Quia omne impedimentū, quod præcedens matrimonium illud simpliciter dirimeret, si subsequatur, dirimit illud secūda quid, nimirum, impediēs eius usum, quoad debiti exactionem. Iuxta doctrinā Syluestri, verb. matrimonium. 8. q. 7. dicto. 2. Verum eam doctriam non approbo, nisi textus expressus inueniatur, qui eā debiti petitionem in eo casu interdicit. Quare cū in cognatione legali is nō reperitur, existimo eam nō impedire debiti petitionem. Quod alijs placere dicens, sustinet Petrus de Ledesma de matrim. q. 57. art. 2. ad finem.

20 At sponfalia præcedentia dirimeret, cognatio legalis superueniens. Quod cū sola sint futuri matrimonij promissio, superuenientis impedimento, quod illud dirimeret, si contraheretur, dissoluitur profus, vt pote que nequeunt validè suum effectū consequi. Ita docent Ioan. Andr. c. veniēs, in fine, de cognat. spir. Host. ibi, fine. Anton. fine. Anchar. n. 2. Card. fine. Alex. de Neuo. c. 12. n. 5. eodem tit. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 6. n. 16.

21 Ex dictis inferitur, hoc impedimētū esse solum iure humano interdictum. Cū constet nec iure naturæ adoptionē esse inuentam, nec ex ea cognationem matrimonio obflantē consergere. Et ita inuerti farentur.

22 Quod si apud infideles hæc adoptio fieret, & ea nō obflant iniretur matrimonium inter adoptantem, & filiam adoptatam, valeret vtque: nisi speciali eorum lege id matrimonium irritaretur. Quod illi Ecclesiæ legibus minimè subdantur, à cuius approbatione vim obligandi hoc impedimē-

tum habere diximus. nu. 17. Atque ita docent dicentes, post conuersionem ad Fide non esse ab eo matrimonio separandos, Vetracrus. 1. p. Speculi, art. 60. sine. Bartholomæus à Ledef. dubio. 47. de mat. cōcl. 1. Vega. 1. tomo summe. c. 10. casu. 1.

23 Ad argumēta. n. 14. proposita respondetur. Ad primū dic, nō esse frustrā id impedimētū, quia perpetuū dirimit ante emancipationem: & quāuis hac facta possit denuō matrimoniu iniri, at antea inītū est perpetuū irritum, nisi postea ratificetur. Ad secundum dic, non dicere textum, Secundū leges, quasi contrarium sit secundum canones: sed ad denotandum, impedimētū hoc fuisse legibus ciuilibus inductum, quas ibi approbat vo cans eas venerandas.

SVMMA RIVM.

Quandā daret cognationis legalis impedimētum in triplici illius specie. n. 24.

Ut cesset in linea transversa, debet seruari debita solēntia in dissoluenda adoptione. numer. 25.

Nulla est cognatio inter adoptantem, & adoptiuū parentem. n. 26.

Potesit filius adoptiuus ducere filiam legitimā carnalem adoptantis, aut mortuo patre; aut si is superstes sit, si ipsa, vel ipse emancipentur, aut alio modo cesset adoptio, aut patria potestas. n. 27.

An inter fratres adoptiuos possit consistere matrimoniu n. 28.

Quid de filiis duorum fratrum adoptiuorum: num. 29.

An filius adoptiuus possit ducere filiam carnalem illegitimam adoptantis: vel filia adoptiuua nubere filio illegitimo adoptantis? n. 30.

Ad quōtum gradum extendatur matrimonij prohibitio inter adoptantē & adoptatū descendentes? Refertur triplex sententia. n. 31. 32. 33.

Proponitur sententia Authōris. n. 34.

Nulla est cognatio inter patrem adoptantem, & filiam filia adoptata, & possunt matrimonio iungi. n. 35.

Potesit adoptans contrahere matrimoniu cū liberis illegitimis adoptati. n. 36.

24 **V**ESTIO vltima. An triplex cognationis legalis species, perpetuū obstat matrimonio contrahendo, & ad quas personas, & ad quōtum gradum extendatur? Hac in re constat primā specie m recte lineæ, & tertiā affinitatis: legalis impedire, ac dirimere

perpetuū matrimoniu: id est, id impedimētū nō cessare soluta quandoquē; adoptio: ne. Atque subinde non poterit etiam adoptione soluta, adoptatus cum adoptante, eiusve vxore, neq; adoptans cū adoptatis, vel vxore adoptati matrimoniu inire. De prima specie sic deciditur expressē. l. quin etiam. 55. ff. de ritu nupt. Et inquit de nuptijs. §. ergo non omnes: & l. regia. 7. tit. 7. p. 4. Et de tertia specie deciditur. l. adoptiuus. 14. ff. de ritu nuptiar. & l. regia. 8. tit. 7. p. 7. Constat etiam, secundam speciem cognationis legalis, nimirum, in linea transversa inter filios carnales adoptatis, & filios eiusdem adoptiuos, non impedire in perpetuū, sed quādiu durat adoptio, & filij siue legitimi, siue adoptiuū sunt in patris potestate. Vnde vt filius carnalis possit ducere sororem adoptiuam: vel filia carnalis fratrem adoptiuum, est facile medium, nempe, vt vteruis eorum emancipetur. Sic habetur expressē. c. vnico, de de cognat. legali, & c. per adoptionē, quod est ex Paschali Pontifice. 30. q. 3. & l. per adoptionem. 17. ff. de ritu nuptiar. & instituta de nuptijs. §. inter eas. & l. regia. 7. tit. 7. p. 4. Et ratio diuersitatis harū prohibitionum in perpetuū, vel ad tempus, ea est. Quia prima & tertia prohibitio est propter reuerentiam, quam debet exhibere adoptatus cum sua vxore adoptanti, & vxori eius: & cū hec sit perpetua, similiter est perpetua prohibitio vtraque illa. Secunda verō est ob interpretatiuam filiationem ex adoptione prouenientē: & ideo ea durante durat, & cessante cessat.

25 At debet seruari solēntia legibus præscripta in dissoluenda adoptione per emancipationē, vt cesset impedimētū matrimonij inuendi inter filiū adoptiuum cum filia carnali adoptatis, vel inter filiam adoptiuā cum filio carnali. Sicut enim adoptio sine auctoritate magistratus cōtrahi nequit: (vt n. 2. diximus,) ita nec dissolui. Quia omnes res per quasquē causas nascitur, per easdē dissoluitur. c. omnis res, de regul. iuris. Vnde nō seruata forma in dissolutione, durat impedimētum. Sic Hostiensis. c. vnico, ad finem, de cognat. legali. Ioan. Andr. ibi, sine. Alexand. de Neuo. n. 8. Præpos. nu. 8.

26 Ex his deducitur primū, inter adoptatē, & filij adoptiuū parentes nullā cōtrahi cognationē, ac proinde posse inter illos cōtrahere matrimoniu. Quia nullo iure cauetur eam contrahi. Ita docent D. Tho. 4. d. 42. q. 1. ar. 3. ad. 1. & ibi Supplementū Gabrielis

quæst. 1. artic. 1. in fine. Et ibi Guillelmus Borriolog. q. vnica, art. 1. ad fi. D. Anton. 3. p. 1. c. 13. Rosella. verb. impedimētū, impedimētū 7. sine. Supplementū summe Pisanæ ibi, impedimētū 7. sin. Tabiena ibi, impedimētū 6. quæst. 1. nu. 2. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimētū 8. nu. 1. Sylu. matrimonium. 8. q. 8. d. 2. Armilla verb. matrimonium. nu. 17. Albericus in suo dictionario, littera I. verb. impedimētum. 7. Nauarr. sum. c. 22. n. 45. Gaeta reperit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 15. nu. 407. Greg. Lopez l. 7. verb. nunca. tit. 7. p. 4. Ioann. de Triburgo in summa cōfessorum. lib. 4. tit. 8. q. 13. Nicolaus de Orbellis 4. d. 42. q. 2. Toledo lib. 7. summa. c. 4. fin. Philircus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 2. c. 11 in fin. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 47. in notabili post 2. conclusionem.

27 Secundū deducitur, integrum esse filij legitimum, contrahere cum adoptiuū matrimoniu, post parentis adoptatis obitum. Quia iam tunc cessarunt adoptio, & patria potestas. Similiter quoq; id erit licitum, si aut filij legitimi, aut adoptiuū sint iam emancipati, quamuis pater adhuc superstes sit. Quia cognatio transversa inter hos consistens, soluitur his modis. vt probauimus. n. 24.

28 Tertiū deducitur quid sentidit sit de ipsis fratribus adoptiuis inter se, id est, adoptatis ab eodem parente. Aliqui censent inter illos non posse consistere matrimoniu. Quod in eadem domo commorari debeant cum parente, & ita est idem fornicationis periculum: cuius vitationem fuisse causam huius prohibitionis, diximus. n. 16. inter fratres adoptiuos, & carnales. Deinde, quia cap. vnico, de cognat. leg. sic dicitur, Si qua per adoptionem mihi soror esse cepit, quādiu durat adoptio, nuptia inter me & ipsam consistere non possunt. At soror adoptiuua est soror fratris adoptiuū. Huius sententia sunt, Angelus inquit de nuptijs. §. inter eas. fin. Astenis. 2. p. summe, lib. 8. tit. 19. art. 2. q. 10. Angel. verb. matrimonium. 3. impedimētū 8. fin. Petrus de Ledesma de mat. q. 57. art. 3. in fin. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 47. fin. Et temperant Astenis, & vterq; Angelus, quādo adoptio est perfecta, nēpe, arrogatio. Sed in hoc casu intelligunt etiam alij: quia adoptio imperfecta non parit cognationem legalem, quæ matrimoniu dirimat. (vt ex eodem Petro de Ledesma, & alijs diximus num. 9.) At dicendum est, nullam inter il-

los oriri cognationem: atque ita posse matrimoniu illos inter se copulari. Quia nulli iure est cognatio inter hos. Quarta. Et cap. vnico, de cognat. legali, quod pro contraria parte citatur, loquitur de vera filia patris adoptantis, quæ incipit esse foror adoptiuua filij adoptiuū sui legitimi patris. Nec hæc impedimētum ex sola rationis similitudine inducenda sunt. Adde inter filios spirituales eiusdem patris spirituales, qui magis coniuncti sunt inter se, quā legales, posse consistere matrimoniu. Ergo à fortiori inter legales. Et ideo hanc partem sustinent, Glof. c. vnico. verb. quādiu, de cognat. legali. Et ibi Ancon. nu. 5. Henricus nu. 4. Palud. 4. d. 42. q. 1. art. 2. nu. 25. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 13. Ioann. de Triburgo in summa confessorum. lib. 4. tit. 8. q. 11. Moñaldus summa, tract. de matrim. vbi de cognat. legali. Rosella. verb. impedimētum, impedimētū 7. nu. 6. & ibi Supplementū summe Pisanæ, impedimētū 7. n. penult. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 8. d. 6. Tabiena verb. impedimētum, impedimētū 6. fin. Armilla verb. matrimonium. nu. 39. lex Regia 7. fin. & ibi Gregor. Lopez sine tit. 7. p. 4. Petrus de Soto l. cōtione. 11. de mat. §. de cognatione legali. Albericus in suo dictionario, littera I. verb. impedimētum 7. Guillelmus Borriolog. 4. d. 42. q. vnica, art. 2. ad fin. Nicol. de Nissa super 4. sententiarum, tract. 6. p. 3. de mat. q. 8. notabilis. Couar. 4. de ere. 2. p. c. 6. §. 5. sine. Gaeta reperit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 154. nu. 403. & q. 157. nu. 406. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 14. n. 28. Enriquez lib. 12. de mat. c. 12. nu. 3. fin. Toledo lib. 7. summe. c. 4. fi. Eimmanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 6. verb. duo adoptati. Manuel 1. tomo summe 2. editio ne. c. 227. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione, vbi de legali. §. legalis cognatio. verb. donec. Vgolinus de Sacram. vbi de mat. c. 19. n. 3. Vega. 1. tomo summe. c. 10. casu 1. Vualdus candelabro sacram. 1. p. vbi de mat. nu. 180. Et specialiter Rosella, & Sylu. reprobant limitationem Angeli.

29 Quartū deducitur, à fortiori posse inire matrimoniu filios duorum fratrum adoptiuorum. Quod nullo cognationis nexu inter se vinciatur. Sic Alexander de Neuo. c. vnico. num. 16. de cognat. leg. & ibi Præpos. nu. 5. & 8. Sylu. matrimonium. 8. q. 8. dicto 2. Tabiena. verb. impedimētum, im-

pedimento 6. nu. vltim. Et merito hi duo reprobandi Angel. verb. matrimonium. 3. impedimento 8. nu. 1. hoc limitate, quando sunt filij duorum fratrum adoptatorum simpliciter, fecus si sint filij perfecte adoptatorum, id est, arrogatorum. Quia haec limitatio nullo iure probatur.

30 Vltim^o deducitur, quid dicendum sit, quando filia carnalis est illegitima adoptata, an possit adoptato nubere: aut filius illegitimus carnalis ducere adoptatam? Quidam negant inter hos posse consistere matrimonium. Quia sicut filius illegitimus nequit contrahere cum consanguineis patris, ita nec cum filijs eius adoptivis. Item quia cap. ita diligere 30. q. 3. ait inter filium naturalem & adoptatum non posse esse matrimonium. Ita docent Abbas. c. vnico, in fine, de cognat. leg. Card. ibi nu. 2. vers. quero quid si filius. & ibi Præp. nu. 8. Angel. verb. matrimonium. 3. impedimento. 8. nu. 4. fin. Gregor. Lopez 1. 7. verb. Los hijos. tit. 7. p. 4. Et dicit probabile Petrus de Ledesma citandus pro contraria sententia. Ac multo probabilius est, inter hos nullam esse cognationem: & ita posse eos matrimonio copulari. Quia cum cognatio orta inter filios legitimos, & adoptiuos, cesset soluta patria potestate (vt nu. 24. ostendimus) a fortiori non contrahetur, vbi carnalis filius est talis vt non traseat in patriam potestatem. Quales sunt illegitimi. Instit. de nuptijs. §. vltimo. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia illegitimus est constitutus vinculo naturalis consanguinitatis cum patre, & sic eum eius consanguineis. At cum adoptiuus nullum est vinculum naturale, sed solum civile: & cum hoc solum duret inter fratres, quamdiu durat patria potestas, non contrahitur inter illos, qui in patriam potestatem minimè transeunt. Nec etiam obstat secundum: quia nomine filij naturalis intelligit textus carnalis, vt distinguitur contra filium spiritualem. Et quamuis filius illegitimus sit verè carnalis, at ratio adducta cogit nos vt intelligamus eum textum de filio carnali legitimo. Atq; ita sentiunt Glossa 30. quaest. 3. in summa verb. quod autem. Et c. vnico, verb. quamdiu, de cognat. lega. & ibi Innoc. in fin. Host. in fine, Anton. num. 5. Ancharr. nu. 6. Alex. de Neuo, nu. 13. Henricus nu. 4. & 5. Idem Hosti. summa, codè tit. in fin. Albericus, Nicolaus de Niffa. D. Anton. vbi citati sunt nu. 28. Angelus In-

stituta de nuptijs. §. inter eas. num. 2. in fine. Ricord. 4. d. 42. art. 2. quaest. 2. ad 3. Et ibi Nicolaus de Orbellis q. 2. Guillelmus Borriollong. ibi. q. vnica, artic. 2. ad finem. Monald. summa, tract. de matr. vbi de cognat. legali. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 8. q. 9. Rosella, verb. impedimentum, impedimento 7. n. 8. & ibi Supplementum summae Pisanae, impedimento 7. nu. 2. & ibi Tabiena impedimento 6. q. 1. nu. 2. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto vltimo. Armilla. verbo matrimonium. nu. 18. Astenfis summa 2. p. lib. 8. tit. 19. art. 2. fin. Nauarr. summa cap. 2. nu. 45. Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 5. ad finem. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 14. fine. Gaeta repetit. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 154. nu. 403. Enriquez lib. 12. de matr. cap. 12. nu. 3. fine. Toledo lib. 7. summa. c. 4. nu. 7. Manuel. 1. tom. summa 2. editione. cap. 227. nu. 2. & 3. Bartholom. à Ledesma de matr. dubio 47. ad finem. Petrus de Ledesma de matr. q. 57. art. 3. dubio 1. Martienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 172. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matr. c. 51. fine. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matr. nu. 179. Vega 1. tomo summa. c. 10. casu 1.

31 Potissima autem difficultas est, ad quorum gradum extendatur cognatio legalis impediens, ac dirimens matrimonium inter adoptantem, & adoptatum, eiusq; descendentes? Quidam enim protrahi in infinitum hanc cognationem asseuerant: atque ita adoptantè nec cum adoptato, nec cum aliquo eius descendente posse vsq; in infinitum, matrimonio iungi. Ducuntur per textum in instit. de nuptijs. §. ergo non omnes vers. & hæc ad eò, vbi postquam textus decidit in linea consanguinitatis ascendenti & descendenti, prohiberi matrimonium in infinitum, hæc addit. Et hæc ad eò vera sunt, vt quamuis per adoptionem, parentum, liberorumve loco sibi esse ceperint, non possint inter se matrimonio iungi. Et ita Angel. eo. §. ergo non omnes, nu. 1. sic summat illum. §. matrimonium non potest contrahi inter ascendentes, & descendentes vsq; in infinitum, etiam si per adoptionem sit contracta parentela. Quare cum hoc impedimentum cognationis legalis sit iure ciuili indutum. & idius ciuile sit approbatum indistinctè quoad hoc impedimentum, iure canonico, cita diligere. 30. q. 3. dicendum est hoc impedimentum ex-

tendi

tendi ad omnes descendentes in quocūq; gradu vsq; in infinitum. Huius sententiæ videtur apertè D. Tho. 4. d. 42. q. 2. art. 3. corpore: & ibi Palud. q. 1. art. 2. concl. 6. nu. 24. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 13. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto 2. Tabiena verbo impedimentum, impedimento. 6. q. 1. nu. 2. Veracruz 1. p. Speculi, art. 60. concl. Bartholom. à Ledesma dub. 47. de matr. concl. 2. Vgolinus de Sacram. vbi de matr. c. 19. nu. 3. Soacius. 2. p. de Sponsalibus, super Instituta de nuptijs. §. ergo non omnes, nu. 12. vbi auit cognationem legalem, quæ est quasi descendenti, contrahi inter patrem adoptantem, & filium adoptatum, & filium filij adoptiuu, & nepotem, & sic deinceps.

32 Alij verò asseuerant solum dirimi matrimonium inter adoptantem & adoptatum, ac adoptati descendentes vsq; ad quartum gradum. Sic Faber Instituta de nuptijs. §. inter eas. vers. itaq; nu. vnico. Sotus. 4. d. 42. q. 2. art. 2. concl. 2. Nauarr. summa. c. 22. nu. 45. Ouand. 4. d. 42. q. vnica, propositio. 11. Toledo lib. 7. summa. c. 4. nu. 7. Emanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimètib; nu. 6. vers. cognatio legalis. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. p. 4. vbi de impedimento cognationis, col. 2. Philiac^o de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 11. ad fin. Petr. de Ledesma de matr. q. 57. art. 3. paulò post princip. Huius autem rationem reddit Faber. Quia cum sit restricta consanguinitas ad quartum gradum, vt in ijs gradibus soltis obstat matrimonio, per. c. non debet, de consangu. à fortiori vsq; ad eundem gradum videtur restricta cognatio legalis. Sed hæc ratio non concludit. Tum, quia in linea recta ascendenti, & descendenti, non modica est difficultas, vtrum restricta sit consanguinitas vsq; ad quartum gradum. (vt latè vidimus disput. 5. l. n. 12. & seqq.) Tum etiam, quia. c. non debet, in ea restrictione solus meminit consanguinitatis, & affinitatis. Non ergo extendenda est ea restrictio ad cognationem legalem: eò vel maximè, quòd diuersissima militet ratio. Cum enim lex respiciat ea, quæ communiter accidunt. I. nam ad ea. ff. de legibus: atque impedimenta consanguinitatis, & affinitatis, sint frequentissima, oportuit ea restringi. At impedimentum cognationis legalis est rarissimum, & id eò nulla est ratio restringendi hoc impedimentum, nec vt lex illa restringens extendatur ad hoc.

Et confirmatur, quia in restrictione graduum consanguinitatis, & affinitatis, occursum esse periculum, quæ est impedimentorum multiplicitate oriri experientia ipsa docuit, vt constat ex præmissis. d. c. non debet, & Tridentini ses. 24. de matr. c. 1. At ex impedimento cognationis legalis, vt potè quod rarissimum est, non potuit doceri experientia, periculum aliquod suboriri. Non ergo ea restrictio ad hoc impedimentum extenditur. Et id eò hæc sententia non admodum mihi placet.

33 Hinc deducitur non admittendam esse sententiam, quam tradit Enriquez lib. 12. de matr. c. 12. nu. 3. vbi ait quauis cognatio legalis in recta linea descendenti extendatur iure ciuili vsq; ad quartum gradum: at iure nouissimo Tridentini ses. 24. de matr. c. 4. restrictam esse vsque ad 2. gradum. Diciturque, quia ibi restringitur affinitas ex formatione orta ad secundum gradum. At in cognatione legali militat eadem ratio: cum vtrumq; impedimentum sit merè humanum: & sit quoddam propinquitatis genus: ac cognatio legalis sit debilior. Sed hoc nullatenus placet propter rationes. nu. præcedenti adductas. Et quia nullam video similitudinem, aut rationis, paritate, vt restricta illa affinitas censeatur quoq; restricta cognatio legalis. Et ita non esse restrictam docet Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. nu. 14. §. cognatio legalis. Ludou. Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matr. c. 51. fi. Præterea omnes DD. nu. præced. allegati præter Fabrum, & Soru, scripsere post Tridentinum, & dixerunt extèdi ad quartum gradum eam cognationem.

34 Quare veriozem esse cenfeo sententiã, quam tradit Greg. Lopez. 1. 7. verb. nũca, & l. 8. fin. tit. 7. p. 4. vbi. §. ergo non omnes, Instit. de nuptijs, in quantum decidit cognationem legalem inter adoptantem & adoptati descendentes protrahi in infinitum, intelligit de ascendenti adoptati, & descendenti adoptatis, & non de alijs. Itaq; in hac linea dicit solum prohiberi matrimonium inter ascendente adoptantem, & descendente adoptatam. Quare non poterit adoptans contrahere matrimonium cū filijs suis adoptiuis, neque cum filijs, aut nepotibus eius filij adoptiuu, alijsve eius descendenti, qui in eius filij dum fuit adoptatus, potestate constituti erant: at poterit vtiq; contrahere cum filijs, vel quibuscunq; descendenti filij adoptiuu, qui extra eius potestatem erant.

tempore adoptionis. Et ratio est, quia adoptata aliqua persona, censetur adoptati filij, & descendentes omnes solum, qui in adoptati potestate erant tempore adoptionis. Ut expressi deciditur. l. si pater familias. 15. in principio. ff. de adoption. Cum ergo illi descendentes in quouis gradu, qui tunc erant sub adoptati potestate, sint etiam verè adoptati, iure optimo cum illis interdicitur matrimonium. Si autem erant extra adoptati potestatem, cum non censentur adoptati, nulla ratione prohibetur matrimonium adoptantis cum illis; ut potest inter quos nulla cognatio legalis intercedit. Et huius sententiæ est verè expressi D. Thom. 4. d. 42. q. 2. art. 3. ad 4. ubi reddens rationem cur cognatione, quæ fortior est, non transeunt ad nepotes, nimirum, spirituali, transeat legalis: aut idè id contingere, quia per cognationem legalem transit filius adoptivus in potestatem patris adoptantis, & idè quidquid est in potestate illius filij adoptivi transire debet in adoptantis potestatem: & sic adoptato filio, adoptantur quoque nepotes sub filij adoptivi potestate tunc constituti. Eiusdè sententiæ sunt expressi D. Anton. 3. p. tit. r. cap. 12. paulò post principium, & Sylvest. verb. matrimonium. 8. q. 8. dicto 2. ubi di-

centes cognationem legalem descendentiū protrahi ad filios, nepotes, & alios descendentes, non dixere hoc absolute, sed addidere, ad descendentes adoptatos. Et rationem reddit Sylv. quòd adoptato filio, censentur pariter adoptati omnes descendentes, qui in eius potestate tunc sunt. Et constat amplius ex corollario num. sequenti inferèdo, & ex Doctòribus illius. Nam eius veritas in hac doctrina fundatur.

Hinc deducitur, nullam cognationem contrahi, & sic posse consistere matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam filia adoptivæ. Quia cum mulier nemine habeat in sua potestate. §. foemina, Instit. de adoption. filia mulieris adoptatæ transire nequit in potestatem patris adoptantis matrem, & sic non censetur adoptata. Ita docent Astenfis summa 2. p. lib. 8. tit. 19. art. 2. quæst. 9. Angelus. verb. matrimo. tit. 3. impedimento. 8. nu. 5. Rosella. verb. impedimentum, impedimento 7. num. 5. Sylvest. verb. matrimonium. 8. q. 8. di. 5.

Tandem inferitur, posse adoptatam in iure matrimonium cum quibuslibet; filijs illegitimis adoptati. Quòd hi non possint esse in adoptati potestate. §. vltimo, Instit. de nuptijs.

DE IMPEDIMENTO AFFINITATIS. DISPUT. SEXAGESIMA QUARTA.

Quid sit affinitas, & qualiter in ea gradus computentur: & quid ad eam contrahendam desideretur?

SUMMARYM.

Affinitas vnde dicatur, & quid sit? num. 1.
Affinitas durat post mortem, num. 2.
Non habet gradus, sed computantur iuxta gradus consanguinitatis, num. 3.
Quis sit in affinitate sripes, & quatuorplex eius linea, num. 4.
Vir & vxor non sunt affines, sed principium affinitatis: nec ex affinitate oritur alia affinitas, num. 5.
Quot sint questiones disputanda, num. 6.
An oriatur affinitas ex aperione claustris? sine inie absque intrus seminatione? Refertur quadam sententiæ, num. 7.
Non oritur affinitas, num. 8.
An in dubio presumatur semen effusum intra vas tali copula habitæ: nec credatur coniu-

gibus oppositum asserentibus? Et explicatur cap. extraordinaria. 35. q. 3. num. 9.
Non contrahitur licet femina seminet viro nõ seminante, num. 10.
An ex congressu Spadonum contrahatur affinitas? num. 11.
Non contrahitur ex pollutione extra vas, & tabibus, num. 12.
Nec ex copula Sodomitica, num. 13.
An copula Sodomitica propter criminis enormitatem impediatur matrimonium cum consanguineis illius, eũ quo habitæ est? num. 14.
Satis est copula extra vas habitæ, si virile semine quacunq; arte, etiam demonis ministerio intra vas mittatur? num. 15.
An oriatur affinitas ex copula, siue licita, siue illicita? num. 16.

Quid

Quid sit copula sit cum femina veniente, dormienti, insana, vel ignoranti, vel mortua? num. 17.

Quid, si copule sit occultæ? num. 18.
Satis sit argumentis. Et explicatur. c. iuuenis, de sponsal. & cap. fratemitatis, de eo qui cogn. consang. num. 19.

Post nu. 19. inuenies alia summaria.



N Hoc affinitatis impedimento eum ordinem seruabimus. Primo disputabimus quid sit affinitas, & de eius gradibus, & qualiter contrahatur. De qua re est præfens disputatio. Deinde in sequenti disputatione, an affinitas sit quid naturale, ita vt infidelitatis tempore contrahatur. Mox an in aliquo gradu dirimat matrimonium iure naturali. Tandem quoto gradu, & inter quas personas iure ecclesiastico matrimonium dissoluit. Et consulit prætermitto questionem, qualiter impediatur debiti petitione, quando matrimonio iam contracto superuenit. Quia de illa agam, lib. 10. disput. 27. & seqq. Dicitur ergo affinitas (si ad nominis significationem respiciamus) quali finium propinquitas: vnde affines teste Cicerone inuèctiua 4. in Catilinam, dicitur aliqui, quia vnus trahitur ad fines alterius. Sicut enim agri dicuntur affines, quia finis vnus est proximis fini alterius: ita affines sunt consanguinei alterutrius coniugis alteri coniugi: quòd dæ cognationes inter se diuersæ copulentur per nuptias, & altera ad alterius fines accedat. Vt ait Iurisconsultus. l. nõ facile. ff. de gradibus affinitatis. Ratio autem ea est, cum enim vir & vxor efficiantur per copulam vna caro, sanguis vnus dicitur alterius sanguinem tangere: ac proinde consanguinei vnus trahuntur ad quandam alterius cognationem, quæ affinitas nuncupatur. Vnde D. Gregor. relatus. c. fraternitatis. 35. q. 10. Sic ait. Si vna caro fuerit, quomodo poterit aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertinere alteri. Definitur autè affinitas sic à Theologis, & Iuris vtriusque professoribus, cum D. Thom. 4. d. 41. q. vnica, art. 1. quæstioncula. 3. argumen. 2. Et Glossa 35. q. 5. in arbore affinitatis. Est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. Dicitur propinquitas, quia in hoc conuenit cum cognatione carnali. Ex carnali copula proueniens, in quo ab illa distinguitur: & dicitur generaliter, ex copula, quia ori-

tur ex copula licita, vel illicita. (vt dicemus num. 16.) Omni carens parentela, intelligitur per se, & ex parte affinitatis, cui per accidens est, vt aliquando affinitas & consanguinitas in eodem reperiantur. Vt bene docet D. Thom. eadem quæstioncula 3. ad 2.

Durat autem affinitas post mortem eius, qui affinitatis contrahendæ causa fuit, sicut & consanguinitas. Quare mortuo alterutro coniuge, vel alterutro ex fornicatibus, non dissoluitur affinitas producta ex copula. Vt est expressa decisio Gregorij Põtificis, & refertur. cap. fraternitatis. 35. q. 10. Cuius rationem reddit D. Thom. 4. d. 41. q. vnica, art. 1. quæstioncula. 2. corpore, quia quoties relatio confurgit ex præterita adione, nec illius continuationem desiderat, non perit destructa causa, sed tantum destructo altero extremorum, inter quæ versatur. Vt contingit in consanguinitate. At affinitas ortum habet ex carnali commixtione, nec exigit eius copule perferantiam: atque proinde non perit destructa persona, quæ copulam habuit, & per eam causa fuit eius affinitatis producendæ.

Nec propriè affinitas gradus habet, sed mensurantur gradus inter affines, iuxta gradus consanguinitatis. Omnes enim consanguinei vxoris Petri, vel mulieris ab eo illicitè cognitæ, sunt Petro affines, in eo gradu in quo sunt consanguinei talis mulieris: & è contra consanguinei Petri sunt mulieri affines in eo gradu, in quo sunt consanguinei Petri. Vnde succedit regula, quam refert Glossa. c. non debet. verb. in secundo, de consanguin. *persona addita persona per carnis copulam, mutat genus, & nõ gradum.* Vt Petrus & Paulus fratres sunt consanguinei in primo gradu, additur persona per carnis copulam, quæ Petro commiscetur, illa persona mutat genus attingit cum Paulo, nam Petrus est consanguineus Paulo, illa autem persona est affinis: at non mutat gradum: quia in eodem primo gradu affinitatis cõiungitur Paulo, quo consanguinitatis coniuncti sunt Petrus & Paulus. Quia cum affinitas ex consanguinitate oriatur, distinctio gradum illius mensuratur per distinctio gradum illius. Atq; id colligitur ex c. porro. 35. q. 5. Quare sripes in affinitate dicitur duplex illa persona, quæ per carnis copulam commiscetur. Cum vtraq; sit origo, & radix huius affinitatis. Vnde linea affinitatis est.

CC 3 duplex,